

AD SACRAM REGIAM MAJESTATEM  
D. N. C.

& SACRUM SENATUM REGNI POLONIÆ,  
Academiarum Cancellarios, totumque per-  
augustum Collegium Episcoporum, Prote-  
ctores natos.

Signanter, Ad Celsissimum Principem Primatemque  
Regni ARCHIEPISCOPUM Gnesnensem, tum Fl-  
lustrissimos Excellentissimos & Reverendissimos Domi-  
nos Dominos ARCHIEPISCOPUM Ledpoliensem,  
et EPISCOPUM Premisliensem, Defensores &  
Conservatores Jurium Academiae Zamoscensis spe-  
cialiter & perpetuo à piæ memoriæ PAULO V.  
Summo Pontifice per Bullam A. M. DCXVII

Electos & Constitutos.

pro Academia Zamoscensi

Supplex Libellus. A. D. 1759.

P-18-g-491  
40-1043



**S**I pii Manes opportunum ducerent, ipsum profectó JO-  
ANNEM ZAMOSCIUM supremum olim Cancellarium  
Regni & Exercituum Ducem, ante Thronum Sacræ-Re-  
giæ Majestatis Domini Nostri Clementissimi, ac Vestrum  
sacerrimum Conspectum statuere non dubitarent, ut aperti-  
onem Oris, Facultatemq; dicendi in Causa ordinatæ à se Aca-  
demix Zamoscensis, contra præsentam Leopoliensem à Vobis  
exoraret. Sufficenter tamen per vivam Legem in Corpore  
Juris Regni clausam, pro se Ordinante suaq; voluntate ordina-  
trice in Conventu Generali Annò 1589. contemplatione me-  
ritorum suorum latam, tanquam per Substitutum, & perpetu-

um suum Advocatum, Comparens coram Vestro Augustissimo Senatu, orationem suam Authoritate totius Serenissimæ Reipublicæ Annò 1590. approbatam, ex visceribus Ordinationis suæ depromit, & reassumit, in hæc verba.

Excerptum  
ex Literis  
Ordinationis  
1590.  
approbatæ.

Quam quidem Ordinationem suam, etsi Recognoscens ipsius Constitutionis Authoritate firmam, [munitamque esse intelligat, petit nihilominus à Serenissimis Regibus pro tempore futuris, tum ab Ordinibus Universis, ut ipsi sua quoque Authoritate, atque studio tueri semper eam velint. Quo quemadmodum suæ erga se, ac posteritatem suam Clementiæ, ac benevolentice significationem dabunt, ita alios quoque ad similem erga Rempublicam fidem, atque studium eo magis incitabunt &c.

Sed quidnam Ille hodie tueri petit à Vobis? Id quod manutenendum, etiam suos Successores Sacramento Juramenti in hanc formam obstrinxit.

Excerptum  
ex  
Forma Juramenti  
Ordinationis  
1590. approbatæ.

Jura, Privilegia, libertates ac prærogativas ab Illustri quondam & Magnifico JOANNE de ZAMOSCIE Majore meo grata memoria prosequendo, vel Universis, vel singulis datas, in universumque omnem Ordinationem ipsius, ex qua nunc succedo, firmiter, inviolabiliterque perpetuis temporibus manutenebo, observaboq; Sic me DEUS adjuvet, & hæc Sancta Evangelia.

Tueri inquam petit Ille supremus Regni Cancellarius & Exercituum Dux Academiam suam Zamoscensem, quam ne quidem

dem Testamento suo militari, cum ad vindicandam armis Moldaviam ab importuno Micháele oppressam, profectus esset, *Sub Actum ultra fluvium Dniestr ex adverso Villa kotodrobka Die sexta Mensis Septembris Annò D. 1600.* commendandam omisit.

Usurpavi (inquit) hoc sæpe, præsertim quoties mihi cum inimicis Reipublicæ dimicandum esset, ut Testamentum conderem, non quidem quæ simul vigore Constitutionis publicæ ordinâssem, infringendo, sed ea ipsa confirmando &c.

*Excerptum  
ex Testa-  
mento Io-  
annis Fun-*

Et quia ad Religionem Catholicam in partibus hisce Russiæ propagandam, Templum cum Prælatorum Canonicorumq; Collegio extruxi. Academiam quoq; constitui. Hanc igitur foundationem meam Academicæ sanctæ & integre, atque perpetuo, Filius successoresque ejus Universi conservandam tuendamque omni Ope, studioque curent, plane volo & statuo.

Si inquiretis o Judices Supremi, num in Universum omnis Ordinatio JOANNIS de ZAMOSCIE habeat Authoritatem legalem? præsto sunt Constitutiones Regni vim Legis, & Authoritatem Ordinationibus Ejus quibusvis tribuentes. Prima est facultativa hujusmodi in Comitibus Generalibus Varsoviensibus lata: *Annò 1589.*

Ob merita, Illustri Magnifici JOANNIS ZAMOSCII, Cancellarii & Ducis Regni supremi, de Consilio Procerum, Ordinum, consensu Nuntiorum Terrestrium, tam Regni, quam Magni Ducatus Lithvaniæ, aliarumq; Terrarum annexarum, concedi-

*Constitu-  
160 A.  
1589. vol.  
2. fol.  
1282.*

mus Eidem Authoritate Conventus præsentis, lege  
perpetua nunquam in posterum abroganda, ut ei liceat  
condere Ordinationem in futurum, circa bona sua im-  
mobilia & mobilia &c. Civitas quoq; ejus nova  
Zamoscie circa Libertates illi concessas, Item cir-  
ca Jura & Ordinationem, quæ intra illam est nunc,  
aut quam ipse duxerit faciendam, durare debet &  
post obitum ejus perpetuis temporibus.

Conditor Ordinationis intra, & extra Civitatem novam  
Zamoscie JOANNES ZAMOSCIUS privatimne Operis sui  
elegit finem? minime: Protestatus enim est coram Actis  
Tribunalis Regni Lublinensis A. 1589. in Capite Ordina-  
tionis suæ, eò modò.

Candor  
Ordinati-  
onis Za-  
moscen:

In qua quidem Ordinatione id maximè propositum  
habuit, ut ante omnia ad Divini Numinis Gloriam,  
tum Reipublicæ utilitatem omnia referret.

Retulit certè ad utrumque finem propositum suum JO-  
ANNES ZAMOSCIUS, cum Ordinationem suam ea Con-  
ditione obligari statuit, ut ante omnia Templorum fundatorum  
à se & fundandorum, Scholarum item & Beneficiorum, seu Funda-  
tionum in alimenta Studiosorum tam Ecclesiasticorum quam seculari-  
um instituendorum, Instituta non immutarentur, tuerentur & defenderen-  
tur. Nec defuit suffragium Reipublicæ Votis Fundatoris,  
Omnia Contenta & Conditiones Ordinationis eius Nova  
Constitutione approbativa, simulque facultativa amplius  
pro arbitrio Ordinandi, sequenti Annò 1590. in perpetuum con-  
firmavit, in hanc Sententiam.

Constitu-  
tio An.

ni 1590.  
vol. 2. fol  
1336.

Quemadmodum antea actis Comitij concessimus Illu-  
stri Magnifico JOANNI ZAMOYSKI Cancellario  
& Duci

*Et Duci supremo Regni, Ordinationem circa Bona sua hæreditaria, Et successionem in ea, pro arbitrio suo conficiendi, ita siquidem jam Lublini coram Judicio Tribunalitio Annò præterito per eum est facta, eandem vi Authoritatis Conventus præsentis, integrè Et plenè in omnibus ejus Conditionibus Et Contentis approbamus in perpetuum. Potestatem nihilominus illi soli quoadusque vixerit reservamus, immutandi, emendandi, Et amplius Ordinandi id, quod ipsi bene visum fuerit, juxta priorem Constitutionem.*

Hæc duo Privilegia lege perpetua nunquam in posterum abroganda Primo Ordinanti fuerunt edita. Meritisque ejus tanquam beneficium semper mansurum, à tota Serenissima Republica unanimi consensu elargita. (Utinam quid simile legèremus in Voluminibus legum pro parte Societatis Jesu, ut ipsi liceret condere id quod ei benevisum fuerit in Civitate Leopoliensi.) Hæc Authoritate Legis publicæ Ordinavit ac instituit JOANNES ZAMOSCIUS intra Civitatem Novam Zamoscie, unam Ecclesiam Collegiatam, & unam Academiam pro Doctoribus, Viris Academicis ab Universitate Cracoviensi & ab exteris partibus conductis.

Hæc Approbatione Comitiali factorum faciendorumque suorum perutilis Republicæ, potissimum Ducatui Russiæ Studio Generali protunc orbata, duxit, ut erigeret Zamoscii duodecim Cathedras (hodie ad octodecem auctas) S. Theologiæ, Juris Canonici, Juris Civilis, Juris Regni, Philosophiæ de Vita & moribus, Physiæ & Medicinæ, Logicæ & Metaphysicæ, Mathematicæ, Eloquentiæ, Elementorum Philosophiæ & Rhetoricæ, Prosodiæ & Syntaxis, Analogiæ & Orthographiæ, Latinis Græcisque Professoribus instructas. Ipse Institutor Normam regendi Studii, Authores Disciplinarum, modumque tradendi sua perfectione ordinavit, & præscripsit, quemadmodum

modum circa Apertionem Academiae se praescripturum Reipublicae obstrinxit, idque Prophasi dicta ad Cives Polonos, quae incipit: *Sum Cancellarius &c.*

Ex Pro-  
phasi Io-  
annis Za-  
moyski  
excerptū

*Si mihi tam dives Arca esset, ex qua Omnes Cives ditare possem, ditarem! Nunc verò cum recta Libero- rum institutio omni auro pretiosior: hujus perennē Fontem aperio Vobis Academiam, unde eam Filii Vestri affatim haurire poterunt. Academias, quas cum alibi, tum in Imperio meo florere cupio; quam maxime Zamoscensem meam Academiam hoc habere volo peculiare, ut quanta sit, tota sic conformetur, ut Nobilitatis Polonicae institutioni sit accommodatissima. Sive disciplinarum delectum, sive tradendi viam, ac rationem spectes: Ipse ego ex praescripto necessitatis, ex praesinito utilitatis Equitum Polonorum, totam Institutionis rationem, Ipse modum docendi, ipse instrumentum Authorum, scientiarumque praelegendarum praescribā, praesiniam. &c.*

SIGISMUNDUS III. contineri non potuit, quin, non jam Privilegium aliquod erigendae Zamoscij Universitatis facultativum concederet, ut Leopoli usitatum haberetur, sed ut jam sub Authoritate Constitutionum praallegatarum erectam & Ordinatam confirmaret, eamque Magistratibus Omnium Ordinum defendendam praemisso elogio commendaret, in hunc stylum.

SIGISMUNDUS III. REX &c.

*Visa nobis res est summa laude digna, & caritas in Rempublicam singularis, cujus maximum fundamentum est rectè & ordine Juventus erudita, ad u-  
trumque*

trumque Reipublicæ tempus, pacis & belli cum salute  
 & dignitate administrandum. Siquidem ex erudi-  
 tione & disciplina, eo modo quo hic descriptam perspe-  
 ximus instituta, efflorescit pia & vera sapientia, <sup>to-Excerptiū</sup>  
 tius felicitatis Rerumpublicarum fœcundissima Parens, <sup>ex Literis</sup>  
 & ejusdem incorruptissima Custos. Assensus ita- <sup>Cosirma-</sup>  
 que justæ supplicationi, & Authoritate nostra Regia <sup>tionis.</sup>  
 præsentibus nostris Literis, <sup>Academie</sup> <sup>Zamoscon:</sup>  
 Fundationem <sup>A. 1601 per</sup> Academiæ  
 Zamoscensis confirmamus, Jura, immunitates, & Pri- <sup>Sigismun-</sup>  
 vilegia Academiarum tribuimus. Id quod omnibus & <sup>dum III.</sup>  
 singulis, præsertim Magistratibus Judicibusque Regni <sup>per Vls-</sup>  
<sup>distann</sup>  
 Nostri omnium Ordinum denuntiamus, tum pro Regia <sup>IV. facta.</sup>

nostra Authoritate mandamus, ut quæ fundatio ista  
 Academiæ Zamoscensis sigillatim in se complectitur, omnia  
 & singula integrè & sine ulla derogatione ita tenean-  
 tur, quemadmodum sunt verbis sententijsque descripta & c.  
 SIGISMUNDUS REX 1601. VLADISLAUS  
 1634.

Timuit sanè prælaudatus Institutor labefactionem Ere-  
 ctionis suæ futurosque ejus infractores, proinde non modo  
 omnem pertraxit Authoritatem, qua opus suum muniret, ve-  
 rum etiam utramq; Potestatem Supremam obsecratione ze-  
 lossissima ad defendendum invitare providissimum præsensit, dum  
 dixit, claudens Literas Fundationis Academiæ.

Eos vero, quos penes rerum spiritualium seculari- <sup>Excerptiū</sup>  
 umque summa potestas est, per sacra omnia, perque <sup>ex Literis</sup>  
 Judicem humani Generis Dominum Jesum cujus <sup>Fundati-</sup>  
<sup>onis</sup> Academiæ

*hæc omnia gloriæ dicavi, obtestor, ut ne cautionem hanc sancitumque meum infringere tentantibus suffragari, assentiri Authoritatemque suam addere velint, tueantur potius, & quid quid his Literis complexus sum sanctum rectumque conservent, sin minus hæc mea obtestatio apud ipsos valuerit, voco eos ad summi Judicis Tribunal.*

Profectò, subvenire Securitati Academiae Zamoscensis non dubitarunt præsidio suo summi Pontifices, eamque Privilegijs amplissimis exornare, & exornatam obfirmare, sublatâ aliter Judicandi facultate censuerunt. Si quæ studii Generalis Universitas ubivis locorum instituta est, Zamoscensis est illi cœquata, si quæ Prærogativis, immunitatibus, Privilegijs, ad Ornamentum tuitionem & conservationem, sive ex Apostolica, sive Imperiali, sive Regali Auctoritatibus est præmunita, & Zamoscensis his omnibus æquè principaliter est defensa, stabilita. PRIMUS CLEMENS VIII. summus Pontifex sub Dat. Romæ à pud S. Mariam sub Annulo Piscatoris Die XXIX. Octobris M. DXCIII. eam sic decoravit, stabilivit.

CLEMENS PAPA VIII.

*Excerptū  
ex Bulla  
Clemen-  
tis VIII.  
Originali*

*Nos Singulari Ipsius JOANNIS Institutoris pietate, ac magnitudine animi, & præcipua in Nos & Apostolicâ Sedem observantia adducti, Universitati præfate sicut præfertur erectæ, ut omnibus & Singulis Privilegijs, Gratijs, Indultis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, prærogativis, honoribus, præeminentijs, favoribus & facultatibus, etiam circa Doctores in Artibus Philosophiæ, scientiaque. Civili & utroque*



utroque Jure, ac Medicina, & Notarios creandos, aliosque Studiorum gradus conferendos, & alijs, quibus aliæ similium Studiorum generalium Universitates, ubivis locorum & gentium institutæ, de Jure usu & consuetudine, aut alias quomodolibet, tam ex Apostolica, quàm Imperiali, seu Regali Auctoritatibus utuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent, atque uti, frui, potiri & gaudere possunt & poterunt, pariformiter & æque principaliter, uti, frui, potiri & gaudere, possit, valeat, & debeat, concedimus & indulgemus. Sicque in præmissis omnibus per quoscunque Judices Ordinarios & Delegatos sublata eis & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & Auctoritate, judicari &c.

Sed alter Pontifex PAULUS V. sub Datt. Romæ MDCXVII. longé opportuniori remedio Conservationem Academicorum Jurium Universitatis Zamoscensis sustinuit, postquam utramque Erektionem Ecclesiæ Collegiatæ & Academiæ Zamoscensis, tum, quævis statuta, Constitutiones, Ordinationes, & Decreta à JOANNE ZAMOSCIO condita & præscripta, suis Literis Apostolicis, approbare, ejusdem Academiæ Jura & Privilegia jam aliàs à CLEMENTE VIII. concessa, cum Juribus & Privilegijs Academiarum Regni Poloniæ coequare, & denuo pariformiter concedere, necnon ad supplicationem THOMÆ ZAMOYSKI Filii JOANNIS, eorundem Jurium & Privilegiorum Protectores, Defensores, & Judices Conservatores perpetuos, eligere, nominare, & deputare consultissimum duxit in hanc formam.

PAULUS - PAPA V.

Insuper Academiæ & Collegiæ Ecclesiæ præfatis, earumque respectivè Reſtori &c. ut omnibus & singulis Privilegijs, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, prærogativis, honoribus, præminentijs, Indultis, facultatibus, & gratijs, quibus aliæ similes Academiæ & Collegiæ Ecclesiæ in dicto Regno, & ubicunq; locorum institutæ, & illarum Reſtores &c. ac Personæ de Jure usu & consuetudine aut alias quomodolibet utuntur fruuntur & gaudent, ac uti frui potiri & gaudere possunt & poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad eorū instar, sed pariformiter, & æque principaliter uti, frui, potiri, gaudere libere, & licite possint & valeant perpetuo &c.

*Excerptū*

*ex Bulla*

*Pauli V.*

*Originali*

1617.

*Quocirca Venerabilibus Fratribus Gnesnensi & Leopoliensi Archiepiscopis, ac Episcopo Premissiensi, per præsentēs committimus & mandamus, quatenus Ipsi, vel duo vel unus eorum, per se vel per alium, seu alios præsentēs Literas & in eis contenta quæcunq; ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte Ipsius THOMÆ necnon Reſtoris Cancellarij, Professorum, Lectorum, Præceptorum, Scholarium nunc & pro tempore existentium fuerint requisiti, solenniter publicantes, necnon Thomæ & alijs præfatis, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant autoritate nostra Thomam aliosque præfatos, præmissorum omnium & singulorum, commodo & effectu pacifice frui & gaudere, non permittentes illos de super à quoquam quavis auctori-*

thoritate, quomodolibet indebite molestari. Contra-  
dictores quoslibet, & rebelles, per sententias, cen-  
suras & penas Ecclesiasticas, aliaq; opportuna juris  
& facti remedia, appellatione postposita compescendo,  
invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii  
sæcularis. Non obstantibus fel. rec. BONIFACII  
— PAPÆ VIII. Prædecessoris Nostri de una &  
Concilii Generalis edita de duabus dietis, dum modo  
ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad ju-  
dicium non trahatur, ac alijs quibusvis Apostolicis  
necnon in Synodalibus Provincialibus & Universali-  
bus Concilijs editis, generalibus vel specialibus Con-  
stitutionibus, & Ordinationibus. &c.

Literis ejusmodi Apostolicis plures alij Pontifices, JNNO- *Ex Altis*  
CENTIUS X. in Bulla facultativa conferendi Gradus in Theo- *Illust. & Offi-*  
logia M DCXXXVIII. JNNOCENTIUS IX. M. DCLXXXVIII. *mi Excel-*  
demum BENEDICTUS XIV. Annô MDCCLVII. robur & Rever-  
Confirmationis suæ favore Academix Zamoscensis adijcere *Pruchni-*  
non dubitarunt. Imo easdem Illustrissimi Excellentissimi & *cki Ar-*  
Reverendissimi Domini Archiepiscopi Leopolienses in esse *chiepisco-*  
ctu acceptare, publicari facere & exequi in sua Sede Metro- *pi Leop-*  
politana pericundum habuerunt, suæque Protectionis Au- *lensis:*  
thoritate integram usque modo Academiam hanc confer- *1617;*  
varunt.

Gladio huic Pontificio placuit inseparabiliter conjungi  
Gladium Regium, ut sic utraq; Auctoritate integritas Fun-  
dationis Academix Zamoscensis defensa videretur.

Annô Domini 1661. Scholæ ex recentioribus Leopolienses  
captô Privilegiô á Serenissimo olim Rege JOANNE CA:

**SIMIRO**, in turbido Reipublicæ erigi studuerunt in Universita-  
tem ad normam Cracoviensis. Obstitērunt Academici Craco-  
*Acta* vienses, Stubæ Nuntiorum Terreſtrium in Comitibus eiusdem An-  
*Castren:* ni. 1661. & 1662. contra ſubreptionem & nullitatem Privilegii  
*Varſav.* & coram Actis Caſtren: Varſavien: Cracovien: acriter recia-  
*Cracov:* marunt. *ALEXANDER VII.* Pontifex cum ſua ſpeciali quatuor  
1661. & Cardinalium Congregatione eandem prætenſam Univerſita-  
1662. tum tem reprobavit.

*Acta* Reſtituit tandem Ipſemet **JOANNES CASIMIRUS REX**  
*Acad.* pacificus, turbatam ſexenniô inter Literatos pacem,  
*Crac. &* utq; Academiam Leopoliensẽ infirmãſſet, Zamoscenſem  
*Zamo-* confirmavit, ac in eam patrocinium ſuum Regium Normamq;  
*ſcen:* Academiæ Cracoviensis tranſtulit, cui niſi paternè faviſſet con-  
ſeſſus eſt, ſanè perennare tranquillitatem, Reſq; Regias in-  
concuſſe ſtare excluſiſſet.

## JOANNES CASIMIRUS REX.

*Significamus præſentibus Literis Noſtris &c.*

Nos itaq; **JOANNES CASIMIRUS** Rex, cum  
niſi hanc Celebri Oraculo ſapientiæ, pro votis ac deſi-  
deriis quantum ad integritatem ejus juſtis  
paternè faveamus, ſanè Regum & Principum inde  
Majeſtatis Potentiam ſtabiliri, Regnorum inde pro-  
manare felicitatem, inde perennare tranquillita-  
tem, Reſq; Noſtras inconcuſſe ſtare exclu-  
deremus. Supplicationem igitur præſatam beni-  
gno complexi ſinu, hanc præinſertam Academiæ Za-  
moscenſis Foundationem & in ea omnia Inſtituta, Ju-  
ra, Libertates, Immunitates, Donationes, Conditio-  
nes,

*Excerptū  
ex Origini  
nali 1666*

nes, Nexus, ligamenta, in toto & quavis parte approbavimus, confirmavimus & ratificavimus, eamq; Academiam Zamoscensem in Patrocinium Nostrum Regium, atq; totius Reipublicæ, ad normam Academiæ Cracoviensis, cum Omnibus ejus Privilegiis Immunitatibus, Gratiisq; tam à Sancta Sede Apostolica, quam à Serenissimis Prædecessoribus Nostris Universitati ac singulis ejus Personis in ea largitis suscepimus, assumpsimus & adoptavimus, prout quidem approbamus confirmamus & ratificamus, assumimus & adoptamus, omnesq; defectus ex plenitudine potestatis Nostræ supplemus, præsentis Privilegio Nostrò. Decernentes &c. Datum Varsaviæ, Die 22. Maji, Annò 1666.

Secutus est vestigia & exempla Prædecessorum suorum Serenissimus Rex MICHAEL, ac intercedente Laudo Conventûs Corcinen: Annò 1669. de non erigendis scholis absq; consensu Reipublicæ, tum permittente Constitutione ad *ista postulata* Academiæ Cracoviensis sub tempus Electionis Ejusdem MICHAELIS Regis Annò 1669. (ut Novus Rex exorbitantia Jura intra orbitam contineret) *interposita*, rem clariùs de scholis & Academia Zamoscensi definivit.

## MICHAEL REX.

*Significamus &c.*

Nos itaq; MICHAEL Rex Regis Serenissimorum Prædecessorum Nostrorum insistentes vestigiis, Eorumq;



Eorumq; secuti exempla &c. eam ipsam Academiam  
Zamoscensem, omnesq; ejus Alumnos ac professores,  
tam actu laborantes, quàm exprofessores de illa bene  
meritos, in Patrocinium & protectionem Nostram  
Regiam totiusq; Reipublicæ ad normam Acade-  
miæ Cracoviensis Ereptione tanquam Filiam, ejus  
Virtutibus ac meritis æmulā, cum omnibus ejus Privi-  
legiis, Immunitatibus, Gratiisq; tam à Sancta Sede  
Apostolica, quàm à Serenissimis Prædecessoribus Nostris  
Universitati & singulis personis in ea largitis suscipimus  
& adoptamus, hancq; solam & unam Academi-  
am tanquam Studij Generalis Universitatem in  
Ditionibus Nostris Ducatus Russiæ esse vo-  
lumus, ac Regio Nostro Mandato statuimus.  
Scholas vero omnes quocunq; nomine erectas, aut  
erigendas, impediētes illius Generalia studia (exce-  
ptis scholis Parochialibus Rudimentorum) in circu-  
itu duodecim milliarium ab Academia Zamoscensi,  
ad instar Academiæ Cracoviensis, omnino ac serio  
prohibemus &c. Decernentes &c. Datum Cracoviæ,  
Die 26, Mensis gbris. Annò 1669.

Alius Rex Serenissimus JOANNES III. præcitato exclusivo  
Privilegio MICHAELIS Regis, approbationem suam omni-  
Ex Origini modam contulit Cracovia, Die 20. Mensis Februarii, Annò 1676.  
Imo

Imo subsequenter PP. Soc. Jesu Leopoliensibus Ere-  
ctionem Facultatis Anatomicæ in Comitibus *Annis 1688.* ab iisdem *nalis 1676.*  
petitam favore Jurium Academicorum vetuit & prohibuit.

Alius Rex Serenissimus AUGUSTUS II. postquam auda-  
ciam Scholarum Leopoliensium per Diplomã *Cracovia, Die Ex Ori-*  
*31. Maii, Annò 1706.* coercuisset, controversias occasione *ginali*  
Physicæ & Anatomicæ Facultatis per Serenissimos Reges & *1706.*  
Serenissimam Rempublicam assopitas, innovare Leopoli in-  
terdixisset, iterum Privilegium MICHAELIS exclusivum pro *Ex Ori-*  
parte Academix Zamoscensis confirmavit, *Varsavia. Die 30. ginali*  
*Januarii, Annò 1717.* *1717.*

Alius Rex Serenissimus AUGUSTUS III. D. N. C. no-  
bis feliciter regnans, idem Privilegium MICHAELIS Re-  
gis pro Academia Zamoscensi benigne approbare & con- *Ex Ori-*  
firmare dignatus est *Varsavia Annò 1746.* ut post SIGI *ginali*  
SMUNDI Regis tempora, nullum Regem numerarent Aca- *1746.*  
demici Zamoscenses, qui eorum Juribus & Privilegiis non  
subscriberet, eaq; non conservaret, non defenderet.

Quid? si & tota Serenissima Respublica stabilitati hu-  
jus Academix Autoritate Constitutionum *1589. & 1590.* Za-  
moscii Ordinatz & Fundatz robur suum adijcere, salvamq;  
frequenter habere providum duxit?

Annò *1674.* Respublica cum sanxisset traditionem Bo-  
norum Ordinationis Illustrissimo MARTINO ZAMOYSKI,  
sua Constitutione statuit, ut *inharenáo Constitutionibus 1589.*  
*1590.* Civitas novum Zamoscium juxta prescriptum Ordinationis  
traderetur, cavitq; *Juribus Ecclesie Collegiata & Academia Za-*  
*mosciana per omnia salvis. Vol. 5. fol. 210.*

Annò *1677.* Circa susceptionem Instituti Pauperum Ma-  
tris Dei. *Verbò Approbatio,* cavit integritatem utriusq; Aca-  
demix. *Salvis Juribus Academicarum Cracoviensis & Zamoscensis Vol.*  
*5. fol. 488.*

Annò *1685.* Circa susceptionem Instituti Clericorum in  
communi Viventium *Verb. Approbatio* cavit. *Salvis Reipublica*  
*& Academicarum Cracoviensis & Zamoscensis Juribus Vol. 5. fol. 726.*  
**Annò.**

Annò 1699. circà Pacta cōventa Serenissimi AUGUSTI II. Art. fin. Ad extremum præcæditum est. *Jura, Libertates, Privilegia &c. Academia Cracoviensis & Zamoscensis integrè servare spondemus. Vol. 6. fol. 137.*

Annò demum 1736. circa Pacta Serenissimi AUGUSTI III. feliciter Regnantis pariter conventum est. Art. fin. Ad extremum. *Jura, Libertates, Privilegia &c. Academiarum Cracoviensis, Zamoscensis & Vilnensis manutenere & integrè servare spondemus. Vol. 6. fol. 616.*

Et reipsa gratias immortales referre non sinit JOANES ZAMOYSCIUS cum Academia Serenissimo & Invictissimo Regi AUGUSTO III. hodie ( ac utinam per omnia sæcula regnaret ) nobis feliciter Regnanti, pro solertissima in protegendis, manutenendis, ac restabiliendis suis Juribus opera. Sua quippe Majestas Clementissima inter graves Reipublicæ curas, partem sollicitudinis suæ Regiæ impendere ratum habuit, ut hæc Academia per Delegatum Apostolicum à recolendæ memoriæ BENEDICTO XIV. Pontifice ad visitandum specialiter Constitutum, Authoritate quoq; Saceræ Regiæ Majestatis reformaretur, restabileretur, ordinavitq; per suum Rescriptum sub Datum *Vschovia, Die 3. Mensis Junii, Annò 1746.* in Personam Illustrissimi Episcopi Zenopolitani emanatum, ut ea, quæ hujus Academiæ Privilegiis repugnarent, studia debilitarent, aut extinguerent, abrogarentur.

## AUGUSTUS III. REX &c.

*Universis & singulis &c.*

*Ex Originali 1746.* Cum itaq; Universitas Zamoscensis ad hunc usum Optima intentione pii in Patriam Fundatoris erecta, Nostræq; ac Reipublicæ Protectioni reddita sit, multum interest perspicere, nè forte vel vetustate sua  
& in-



Et injuria temporum, quibus optimæ quæcunq; res in deterius mutantur, vel alia aliqua de causa, quidquam tale admiserint, quod Juribus Et Privilegijs eidem Universitati à Serenissimis Prædecessoribus Nostris, Regibus Poloniæ, benignè concessis, repugnaret, Studia debilitaret, aut penitus extingueret, ac Reipublicæ ingens damnum Et præjudicium afferret. Promde Nos exemplis Serenissimorum Prædecessorum Nostrorum Regum Poloniæ innixi, ad mentem Privilegiorum, Statutorum, Et Constitutionum Regni Nostris, 1562. 1535. Et 1668. infrascriptorum ratione sancitorum, quæ ad hanc quoq; Universitatem Zamoscensem ex Privilegijs Serenissimorum Antecessorum Nostrorum extenduntur, ordinandum, Et consentiendum esse duximus. ut Et c.

In effectu Illustrissimus Ille ab utraq; Potestate Summa Delegatus, omnia Jura & Privilegia, etiam privativa Academiæ Zamoscensis recognovit, utraq; Authoritate Decretum de tuendis, & non abrogandis Annò eodem 1746. tulit; placuitq; Sacræ suæ Regiæ Majestati, eadem Jura & Privilegia recognita, *Varsavia, Die 25. 9bris hocce Annò 1746.* Nova sua Regiæ Approbatione firmare, placuit & summo Pontifici olim *BENEDICTO XIV. Annò 1757.* Novâ Confirmationis Bullâ eadem consolidare.

Verum his temporibus, placeat obsecramus Sacræ Regiæ Majestati D. N. C. totiq; sacerrimo Senatui perspicere, quid nam maximè Studia Academiarum Petristicarum in Regno debilitat, ex tinguunt? quid potissimum repugnat Juribus &

Privilegiis Universitatum, Cracoviensis & Zamoscensis, quid  
 Menti Serenissimorum Regum, ac Piorum in Patriam Fun-  
 datorum adverteretur? Id certè, quod Respublicas passim de-  
 bilitare & extinguere solet: Novitas formæ, ex novitate dif-  
 ferentia, ex differentia amor sui diversi, ex amore ambitus  
 præpotentiæ, ex hac labefactatio unius. Apostolus enim te-  
 statur *Corinth. 8.* Scientiam, Charitatis ad differentiam non ad-  
 ficare, & *Gregor. moral. 23. cap. 7.* addit, Cum despectis Cæteris,  
 singulariter videri appetimus habere, quod habemus. His por-  
 ro ventis, Antiqua Monastica Studia PP. Benedictinorum,  
 Cisterciensium, aliorumq; quorum vetustis, ac peroptimis  
 Codicibus, adhuc Bibliothecas refertas discernimus, debili-  
 tata sunt, & propè extincta. His, Academia Cracoviensis anti-  
 quissima scientiarum Mater, ac ut eam Statuta Regni, Con-  
 situtionesq; Synodales à sæculis appellant, *Celeberrima Scho-  
 la Regni*, postquam juxta *Zalaszovium*, quadraginta quatuor  
 Scholas, sive Colonias suas, per omnes Regni Diecæses  
 progenitas tenuisset, docuisset, rexisset, redacta à Novis In-  
 stitutis ad statum præsentem Solitudinis, sublata sunt ei  
 loca docendi & merendi, diminuta cum distractis Discipu-  
 lis antiqua ejus, æquè ac Status Petristici gloria, & existima-  
 tio, nec non, propter novos Studiorum fontes, in fastidium  
 quasi, abierunt ubera senectutis ejus, non est, qui indigeat  
 lacte ejus, qui propaget gloriam ejus! Est verò hodie Li-  
 bellus duorum palliatorum Terrigenarum, (a) qui divexent  
 Immunitatem Jurium ejus, & inobservantiam Statutorum Re-  
 gni exprobrent!

(a) Di-  
 scursus  
 Terrige-  
 narum

Super Bul-  
 la Cle-  
 mentis  
 XIII.

Polonicè  
 Vulgatus.

Si tamen non descivit à Gregorii Canone *Ex merito*, ut  
 alienæ scientiæ obreftatione, famam sibi aucupari existimaret,  
 tum à Monito, quò *lib. 8. epist. 24.* Junior Plinius Maximum,  
 familiarem suum, Græciæ Censorem à Trojano constitutum,  
 instruit, dicens:

Cogitate missum in Provinciam Achaiam, illam  
 meram & veram Græciam, in qua, primùm humani-  
 tas,

tas, literæ, etiam fruges inventæ esse creduntur, missum, ad Ordinandum statum liberarum Civitatum, id est, ad homines maximè liberos, qui jus à natura datum, virtute, meritis, amicitia, fœdere deniq; & religione tenuerunt. Reverere Gloriam veterem, & hanc ipsam senectutem, quæ in homine venerabilis in Urbibus sacra est. Sit apud te honor Antiquitatis, sit ingentibus factis, sit fabulis quoque. Nihil de Cujusquam dignitate nihil etiam ex jactatione decerpseris.

Quoniam obtusi & incauti ingenii est ( ut contra Faustum lib. 16 cap. 26. rectè insurgit Augustinus ) hominem cogitare disciorem & alium non cogitare contradictorem.

His artificijs Academia Zamoscensis in Russia, se coarctatam videt. Speciosæ Missionum Fundationes, contra voluntatem Fundatorum degenerarunt in Gymnasia Academica, cinxerunt obsidione scholarum Studium Generale Zamoscense, quare tolle Discipulos, tolles rationem suppeditandi Cives Reipublicæ, si tolles, canetur satyra Juvenalis, *Paniteat multos vana sterilisque Cathedra!* & sic de sapientia tua tutò gloriari, poteris, *Prov. 8. Meum est consilium, & equitas, mea est prudentia, mea est fortitudo, Per me Reges regnant, & legum Conductores iusta decernunt.*

Insuper, si Leopolienses Scholæ in Russia ad titulum Universitatis attollantur? cuinam hodie octodecem Cathedræ in Facultate Theologica quatuor, in Juridica quatuor, in Philosophica quatuor, in Medicinæ, lingvarum, humaniorumq; Literarum sex, apertæ Zamoscii stabunt? Non Oppidis Russiæ Hebræorum genere prægnantibus, non pagis & Villis Colonorum servituti addictis, non Familijs Procerum, privata

privata vel exera institutione contentis, non Filiis Equitum per Terras & Districtus, copiam Scholarum & Convictuum obviam tenentibus? Si Fontes plures, quã qui hauriant eos instituantur? *jam vitium capiunt ni moveantur aqua!*

Equidem Rex Clementissime, æque ac cum Augustissimo Senatu Tuo iustissime? Reducantur ad Calculum Provinciæ Tuæ, Diocæses, Palatinatus, Terræ, Districtus, Civitates? numerentur Collegia Studiorum Instituti Soc. Jesu; numerentur Instituti Scholarum Piarum? nonne hæc Collegia ipsis Institutis amplas Provincias faciunt, Reipublicæ turbam Magistrorum fovent, quasvis nobiliores Facultates & scientias pro arbitrio ad docendum arripiunt? nec longe à ratione ampliandi sui status absunt, ut sibi à teneris Benefactores, Protectoresque concilient, de subiectis. quod providissimum est, præstantioribus consulant, viribusq; opimarum Foundationum alios præcellant? Centum prope loca soli Instituto Societatis in Regno & Magno Ducatu Lithvaniæ exercendo cesserunt, quæ ut Scholaribus populerentur, necesse est vetus Institutum Academicum depopulari! Verum, si admitatur unicuique Novæ Ereccioni, nova conscriptio Scholarium? Academiæ Petriviæ Cracoviensis & Zamotcensis, quid agent cum Universitate suarum Cathedralium? quo tandem Gloria Cleri sæcularis, Fidei, Scienarumque, per Poloniam primi Plantatoris, quo inquam abibit? quo collabentes Ecclesiæ Matrices denique collabentur? Subtrahatur Clero sæculari opportunitas Scholarum? subtractus est amor & existimatio ejus, subtracta vis tenerrima merendi de Republica, subtractum medium lactandi Templis Baptismalibus Fundatores.

Hæc sunt principia Serenissime Rex, quæ hodie debilitant Studium Generale Academicum, hæc, quæ Juribus & Privilegijs, quæ menti Foundationis Jagellonicæ & Zamotcianæ, repugnant, adversantur! Hæc sunt Causæ, quæ gratia conservandarum Academiarum veterum, Serenissimos Reges, SIGL. SMUNDUM III. A. D. 1613. JOANNEM CASIMIRUM 1650. JOANNEM III. 1683. a propositis dimoverunt, nè præconcupita

cupita Posnania: nova Universitas á Patribus Societatis Jesu erigeretur! quæ iterum JOANNEM CASIMIRUM 1666. JOANNEM III. 1688. AUGUSTUM II. 1706. denuo retraxerunt, ne Scholis Leopoliensibus præteritus Titulus Academiae deferretur, quæ Serenissimum MICHAELEM Regem 1669. ad statuendum excitauerunt, ut Academia Zamoscensis quæ á Cracoviensi originem tenet, sola & una esset in Ducatu Russiae, haberetque Instituto suo exercendo, saluum circuitum Milliarium adinstar Cracoviensis! Et merito rationis status. Nam quemadmodum interest Republicæ, ex tribus Ordinibus compositæ, ut unius cujusque Ordinis Jura & Privilegia, stateram æquitatis teneant, nec alius aliò præponderet; pari ratione in Republica Literaria Polona, ex tribus Institutis, Academico, Jesuitico, & Piaristico compaciã, Serenissimi Reges æquilibrium quoddam sustinere, & moderari, Justitiæ duxerunt. Nec sine mysterio Ille supremus Regni Cancellarius, & Exercituum Dux JOANNES ZAMOSCIUS, post ortum Academiae Vilnensis Soc: Jesu in M. D. L, fulciendum esse Institutum Academiae Cracoviensis putavit in Ducatu Russiae, Fundatione similis Academiae Zamoscensis, ac utrâque Academia Petrificã, comparatã duobus ære fuis Columnis, *Jachin & Booz*, Templum Hierosolymitanum sustententibus, Prophasi sua ediferuit.

*Ecclesia & Regni Polonia Dextra Jachin, idest firmitas, Alma Ex Orat. Academia Cracoviensis est. Ea enim & immunitatibus Ejus ( superi Ioannis avertant! ) labentibus, rem insimul, Leges & Libertatem Regni Zamojliberrimi labescere opus est. Sinistra ejusdem Columna Booz in forti. scii circudine, aut Hirco, tu sis velim Academia mea Zamoscensis: Te & il ca Publicam contra, virtute munitas quis assurgat? Quis Utriusq, Decora concationem vellere audeat? Super Utriusq, capita, purpurei ab Oriente & Occi Bulladente spargentur flores, manibus dabuntur lilia plenis, quia ab Utri. Clem: usque Laurea dabuntur Alumnis, virtutis & eruaitionis Tessera im VIII. mortales. Amplificate Utraq, bonum Patria! bonos ei Viros, Cives bonos 1594 pro suppeditate! Sit vobiscum beata, sit florens, sit incolumis. Unde Academia. Si ad nova fulcimenta Literaria, Officium Columnarum Academia. demi.*

demiearum trānsferatur? jām Institutum earum naturaliter supervacare, ab impetu quovis commoveri, & ad labefactionem vergere est necesse.

Quamobrem, Serenissime & Invidiissime Rex, Domine, Domine Clementissime! primum ad Te, tanquam Supremum Magistratum, JOANNES ZAMOSCIUS supplicem Orationem suam Constitutione 1590. approbatam reassumit; ut Ordinatum à se Academiam Zamoscensem Authoritate Regia tueri, eamque penes firmitatem jurium, quibus robur confirmationis Tuæ A. 1746. benignè adjecisti conservare digneris. Nec Te ab efficacia Patrociniij & à vestigijs Serenissimorū Prædecessorum Tuorum, faciat opinio pluralitatis Scholarum discedere, quæ, ipsi Instituto illam divulganti, placuit quidem circa plantationem suam, ut eam contra Academiam Craecoviensem propugnaret, juxta celebres Constitutiones 1633. & 1635. Id ipsum nihilominus Institutum, quod est Soc: Jesu, post susceptum posterius Institutum Scholarum Piarum 1655. & à Republica approbatum 1677. sibi ipsi præjudiciosam hancce suam opinionem reputavit, Privilegijs exclusivis evertit! Notorium est, quo strepitu Juris Academia Vilenensis, sibi privativam vindicat in Magno Ducatu Lithvaniæ, ad normam Academiæ Cracoviensis! apertionemque plurium, nedum Academiarum, verùm Scholarum Piarum tollit, non obstantibus Bullis CLEMENTIS XII. Pontificis! Decretò Affessoriali M. D. L. A. D. 1744. latò, vicinas Scholas Pauperum Matris Dei, ex Tribus locis dissipat, sublata utilitate æmulationis eliminat, supprimit! Publicum est, ex Decretò Affessoriali Regni 1758. subsecuto, quam acri Judicio Scholæ Leopolienses multiplicationem alienarum Scholarum, Conviætorum, Seminariorum tanquam, suo Instituto præjudiciosam expugnabant? Quæ igitur resitudo Opinioni? Vicinitas & pluralitas Scholarum, Leopoliensibus Scholis præjudiciosa sustinetur, & vicinitas pluralitasq; Academiarum, Academiæ Zamoscensi nihil acsi præjudicet, contenditur? nihil acsi repugnet Privilegijs Academicis, publico remonstratur?

stratur? Quomodo Jura exclusiva ab iisdem Serenissimis Regibus data, aliis Institutis Scholaribus. justa & valida, Academicis verò, injusta & nulla decerni petuntur? Potior est utilitas Regno, paucas habere Academias, & in studio Generali liberas, multitudine privatorum Gymnasiorum non obrutas, (ut exemplis antiquis, & recentissimis in Regno Catholicissimo Hispaniæ probatum est) quam plurimas, & omnes sufficienti Cultorum frequentia non provisas? Refert in sua Universali Historia, *Chacon apud Pereyram, de Republica Literaria*, Alphonsum cognomento Sanctum, Studium Generale, quod Alphonsus Octavus, Castellæ Rex, erexerat Pallantiæ, destruxisse, ut illius destructio cederet in augmentum Salmantinæ Academiæ. PHILIPPUS V. Hispaniæ Rex, nostra ætate quinque Gymnasia, seu Universitates, in Principatu Cathalonæ sustulit, ut unam solam Universitatem, in Oppido Cerveriæ ejusdem principatus, frequentiore institueret. Quemadmodum Bulla approbationis à CLEMENTE XII. Pontifice Annò 1730. emanata, quæ incipit, *Imperscrutabilis* & typis Romæ vulgata, testatur.

## CLEMENS PAPA XII.

Nos, ad erigenda ejusdem Philippi Regis, erga Universitatis Cerveriensis, ab eo ut præfertur erectæ, & fundatæ, & à nobis per præsentem, ut præfertur approbatæ, felicem, & ab ipso Philippo laudabiliter concupitum successum, vota, ut plures huc illuc emanantes scientiarum rivuli, in unum aggregati, copiosum earundem scientiarum illas sitientibus exhibeant fontem, Tarraconensem, Illerdensem, Vicensem, Gerundensem, Barchinonensem, Universitates præfatas

fatas & earum quamlibet abstrahentes, eas sic à Nobis abstractas, una cum omnibus & singulis illarum, & cujuslibet earum respective bonis, juribus, actionibus, proprietatibus &c. Dictæ Universitati, a præfato Philippo Rege, ut præfertur erectæ, & fundatæ, a nobis uniendis, ut una duntaxat Studii Generalis Universitas, in Principatu præfato Cathalonie Constituatur & existat, &c.

*Datum Roma apud S. Mariam Majorem Annò Incarnationis Dominicæ 1730. Pridie Nonas Decembris.*

Numquid hoc gravissimum & novissimum exemplum PHILIPPI V. & CLEMENTIS XII. in Provincijs Poloniæ similem abstractionem diffusarum scientiarum opportunam esse utilitati publicæ svadet? aut Academiam Zamoscensem, (cui SIGISMUNDUS III Rex, cum alijs Serenissimis Poloniarum Regibus, Jura & Privilegia Academiarum tribuit, quam summi Pontifices non tantum cum Juribus, & Privilegijs Academiarum Regni, sed cum omnibus alijs, ubivis locorum & Gentium, Authoritate, sive Apostolica, sive Imperiali, sive Regali Institutis, & instituendis coæquarunt) satis non permovet, ad supplicandum S. Tux Regiæ Majestati D. N. C. ut vigore Jurium suorum exclusivorum, non solum ad instar *Academie Cracoviensis & Vilnensis*, sed etiam præfate *Cervicensis* Tux Justissima Protectione una sola in Ducatu Russiæ conservetur & existat?

Ad Te quoque Sacerrimum Senatuum Regni Poloniæ, Serenissimo Regi Authoritate Serenissima conjunctum, probatam olim ab Ordine Vestro, repetit pro tuenda sua Ordinata Academia, orationem JOANNES ZAMOSCIUS, ut quam Constitutionibus 1674. 1677. 1685. & Pactis Conventis 1699. 1736. salvam cum Academia Cracoviensi esse sanxistis, eam  
à peri



à periculo Jurium & integritatis suæ adversus Scholas Leopolienses 98. annis pro erigenda sibi nova Academia luctantes, tum alias in Circuitu suo ad subvertendam eam conjuratas, Authoritate vestra mediisque salutaribus liberetis.

In Republica Atheniensi olim Sophocles legem tulerat, ut neque Scholæ erigerentur, neque Philosophorum quisquam præfesset absque Decreto Senatûs juxta *Laert. lib. 5. in Theoph.* Quinimo inhibitum quoq; fuisse habetur ex Antonini Pij Rescripto *l. si duas de excus. tut.* ubi uniuscujusq; Civitatis studia & Professores designare ad Principem & Magistratus spectare declaratur. Interest enim Reipublicæ, ut Professores intra statutum numerum decretò Ordinis probati ad Privilegia immunitatum admittantur ex *l. 5. & 7. C. de Professor. & Med.* Tum etiam quia juxta Alphonsum de Escobar tract. de jurisd. in stud. c. 38. n. 10. Academicum seu Scholasticum Tribunal. fori Studiosorum exerceri nequit absque speciali Privilegio & sine Mandato Magistratûs supremi *Gloss. non ambigitur l. 9. ff de leg. & Senat. conf.* cum alijs nemo conferre valeat quod in se non habet *l. traditio ff de acquiren. domine. & l. nemo ff de regul. jur.* Et si Togatam & armatam militiam inter se maxima affinitate vinciri svasit, *Marc. Tull. Cic. Orat. 23. pro Lucio Murena sect. 129.* & tam milites quam Doctores in suo genere militare dicuntur. *Marc. Ant. Sabellius in summ. divers. tract. tom. 1. litt. 1.* Propterea quemadmodum nemini in Regno Militiam conscribere, erigere, judicare licet, nisi consensu & Authoritate Ordinum, pari modo de Scholastica militia arbitrandum est. Hinc legitur Constitutio 1635. de Foundationibus Soc. Jesu, quòd nisi de Consensu Reipublicæ fieri debeant. Sed producant hodie Sacerrimo Senatui originalem Regulam Institutorum suorum, cum qua suscepta sunt in Regnum Instituta Scholastica: producant Scholæ & Collegia Literas Foundationis eorum: producant Jus publicum omnes Facultates docendi, tribunal Academicum erigendi, forum Studiosorum exercendi, quemadmodum Academia Cracovicæ & Zamoscensis singillatim producere potest, patebit

mens Fundatorum, voluntas legis publicæ; quid unusquisque muneris re in Scholastica habet, patebit, qua Authoritate Scholæ ubique multiplicantur, docent, docent? imò Academias evertunt, ut in Scholis Leopoliensibus à sæculo erigi in Universitatem contendentibus perspectum est, nec ab attentatis conquiescunt Crasnostavienſes &c.

Quapropter potissima pars Republicæ Polonæ cum sit Republica Literaria, Vestræ quoq; potestatis Sacerrimi & Amplissimi Senatores esse lege publica & Statutis SIGISMUNDI 1548 1550. dignoscitur: ut Vestro Consilio & justitia Thronum Regium firmantes legitimam certamque Orbitam huic confusæ & exorbitanti Republicæ Literariæ prædefiniatis, Jura Academica suppliciter clamant, pij in Patriam Fundatores vos exorant. Eò magis clamant, & exorant, quò Authoritas Senatorii & Equestris Ordinis, ejusque Comitium Protestationum, tam contra præensam olim Academiam Posnamiensem, Annò. 1613. quam contra Leopoliensem Annò 1661. & Annò 1662. coram Actis Castrensibus Varſavienſibus & Cracoviensibus factarum, innumeris Laudis suffultarum, à PAULO V. & ALEXANDRO VII. Pontificibus observatarum, cum per centum prope annos Scholas Leopolienses ab erectione Universitatis Academicæ contineret, consensum denegaret, hodie hæc Authoritas ut inutilis prætermiſſa, conculcata, elusa advertitur, Jura & Privilegia antiquissima Academicarum Cracoviensis & Zamoscensis inconsultis Ordinibus per eandem Scholas immutantur, Constitutiones Regni occasione juris privati Scholarum & Academicarum Annò 1613. 1633. 1635. verb. *Academia emanatæ*, mediis procuratis convelluntur. Eò magis clamant & exorant, quò nequidem Regia Mandata, ab utraque Universitate Cracoviensi & Zamoscensi, una cum Inhibitionibus legitimè obtentis, intimatis, & executis Scholas Leopolienses Soc. Jesu stringere valuerunt, ut ab attentatis recentibus erigendi Collegij Academici contra notorissimum interdictoriũ Diploma Serenissimi olim AUGUSTI II. 1706. vibratum aliquanto tempore ad definitionẽ Causæ deſiſte-

listerent, viam facti, viâ Juris in Regno libero præponentes.

Quid clamant? ut Proceres Amplissimi definiatis orbitam & limitem indefinitæ Reipublicæ Literariæ. An neointrodu-  
ctis Institutis specialiter Patribus Soc: Jesu Monopolium Stu-  
diorum præstat deferre, in quovis Collegio adhuc in infinitum  
fundando Scholas ad arbitrium aperire, in Capitalibus locis  
titulos Universitarum obtinere, ut cupientibus illis vetus In-  
stitutum Academiarum Petrificarum penitus cadat? An ve-  
rò Academiæ, non ob perversam aliquâ doctrinam, fidem  
Regibus aut Reipublicæ fractam, pacē in Regno turbatâ, non  
ob avulsionem Patrimoniorum, non deniq; ob ingerentiam in  
negotia statûs, derelictæ, sed ob turbam novorû Gymnasiorû,  
abstractionem Fundatorum, ob modicitatem juxta antiquam  
monetam & taxam salariorum, rectè ad mendicitatem stu-  
dentium, & jacturam artium collabentes, pro æquitate ful-  
ciri debeant?

Non longè prostat á Resolutione Dubij statûs CASI-  
MIRI Regis Statutum 1447. Sic autem æquitatis libra serva-  
bitur, si auxilium largiamur imparibus, & metum legum pro par-  
vulis contra insolentes imponamus. ut sentiant ex SIGISMUNDI  
Statuto 1507. Quia omnis lex donum Dei est, huic omnes obedire  
oportet: utpote sine qua Respublica, veluti corpus sine anima, con-  
sistere, & regi nequeat. hodie Literaria.

Ad Vos demum Celsissimos ac Illustrissimos Academia-  
rum Cracoviensis & Zamoscensis Cancellarios, necnon  
Apostolicos Gnesnensem, Leopoliensem, & Premisliensem  
Archipræsules, specialiter á PAULO V. Pontifice Academiæ  
Zamoscensi datos Protectores, pro eadem vestra Academia  
funditur Zamosciana oratio. Dicit Pontifex in supracitatis  
suis Literis: *Efficaci defensionis præsidio assistentes, Authoritate  
nostra faciatis Academiam præfatam omnibus & singulis Privilegijs,  
sive Apostolica, sive Regali Authoritate concessis, pacificè frui & gaude-  
re, non permittentes eam in præmissis quavis Authoritate etiam Soc:  
Jesu Leopoliens: á centum prope annis sub JOANNE CA-  
SIMIRO, sub MICHAELE, sub JOANNE III. sub AUGU-  
STO*

STO II. imo AUGUSTO III. Regibus Serenissimi satis cum  
Academia Cracoviensi per integrum sæculum divexatam  
amplius *indebitè molestari. Contradictores quosvis signanter duos*  
typo Polonico Leopoli vulgatos Terrigenas *opportunitis juris*  
& *facti remedijs compescendo.* Pensate casum, si Serenissimi  
Reges alteram Universitatem aut Grodnæ, aut Polociæ, aut  
alibi in M. D. Lithyanæ favore Academicorum, aut Schola-  
rum Piarum erigi statuissent, nonne Academia PP. Soc:  
Jesu Vilnensis voce valida exclamaret, sum unica ad instar  
Academiæ Cracoviensis, sum coæquata cum Juribus & Pri-  
vilegijs ejus: nonne ad tuendam se tota Societas Judiciû pro  
Privilegijs privativis, Juribus coæquationis, contra Acade-  
micos aut Scholopios instauraret? ut jam Annò 1744. Gro-  
dnæ, Annò 1758. Varsoviæ contra Scholas Pias ad exclu-  
sionem æmulationis fecit? nonne suos Generales, Provin-  
ciales, Domesticas & exteras potentias moveret sua multi-  
tudine ne quidquam ejus Instituto ampliando derogaretur?  
Quid est per sacram Justitiam! Eadem Jura & Privilegia  
privativa pro ampliando Instituto Jesuitico valent, pro In-  
stituto Academico conservando nulla sunt; quæ contradictio!  
divisum imperium! PAULUS V. Academiam Zamoscensem  
coæquavit cum Juribus, Privilegijs, etiam consuetudinibus  
Academiæ Cracovien: præcipuè quinq; Serenissimi Reges eam  
ut Filiam in Patrociniû suû cum Juribus & Privilegijs Aposto-  
licis adinstar ejusdem Academiæ Cracoviensis adoptârunt;  
expressò statuto, *ut unica esset tanquam Studij Generalis Uni-*  
*versitas in Ducatu Russia,* voluerunt; coæquatio tamen Acade-  
miæ Vilnensis à S. Societate fortiter sustinetur, & Coæ-  
quatio Zamoscensis à Scholis eorum Leopoliensibus ever-  
titur?

Una Lex pro paupere, & divite si non uniformiter pro-  
sit, iam Protectoribûs, Defensoribûs, & Conservatoribûs  
opus est: Idcirco hac de causa exorami hodie tam nativi,  
quàm dativi totius Cleri sæcularis ejusque Institutorum Aca-  
demicorum Protectores & Conservatores amplissimi, ne sub  
tri-

triplici Authoritatis Vestræ Senatoriæ, Episcopalis, & Apostolicæ præsidio, ponatur Academia Zamoscensis in ruinam & contradictionem. Ipsi Academici recurrunt ad Vos, ut unquam attendentes ad Petram Vestram ex qua excisi sunt, ipsa gloria suppressa Cleri Vestri interpellat Vos, ut benignè recordemini pateritorum sæculorum, cujus Studiô & labore plantata & ampliata in hoc Regno Fides Catholica, cujus opera & sapientia contra antiquos Idololatrias, schismata, hæreses, præcipuè Arianos defensa & conservata, cujus eruditione hæreditarij Reges eorumq; Senatus regebatur, Statuta & Leges Regni condita sunt, cujus meritis Matrices Ecclesiæ, quæ hodie odio habentur, desolantur, erectæ fuerunt, cujus respectu libertas Ecclesijs, Senatus Episcopis, Tribunalia Cathedris sunt donata? Quæ Pars tamen existimationis Cleri ejusque libertatum hodie, conciliate? Confessionalia & Exedræ nobilissimæ translatae sunt, & Institutû Vestrum Presbyterorum vix ruricolis custodiendis relictum est. Transferantur ab eo Academiae & exercitium docendi, utinam Magni Statistæ JOANNIS ZAMOSCIJ supremi olim Cancellarij Regni & Exercituum Ducis Academiae Zamoscensis pro Clero sæculari Institutoris, politicum quidem, sed jam à veritate non alienum de Academia Cracoviensi sentimentum non obtineat cum tempore locum. *Ecclesia & Regni Poloniae dextra Iachin*, idest firmitas Alma Academia Cracoviensis est, Eâ enim & immunitatibus ejus (superi avertant) labentibus, rem insimul Leges & libertatem Regni liberrimi labescere opus est. Sinistra ejusdem Columna, Booz, in fortitudine tu sis velim Academia mea Zamoscensis. Si adversantibus scandalum adferunt statuta & Constitutiones de Reformando Studio Cracoviensi condita, cur eadem non ædificent de augendis salarijs Professorum præscripta? Reverenter ibi de reformatione ejus si advertamus loquuntur Conditiones statutorum. Dicit enim. *Constit. 1542. Petricoviana. Pro-reformanda Universitate Cracoviensi Matre Nostra, & proventibus Lectorum augendis, &c.* Publicæ enim Scholæ à publicis Personis

sonis & legibus publicis quia reformantur, quid mali Rei-publicæ? Salubrius est illi Instituta publica publicæ reformationi subiecta corrigere, quàm privata & exempta sub independenti reformatione omnino pati.

Ipsemet ad extremum JOANNES ZAMOSCIUS ( cum circa Institutionem Academicorum in Russia perorasset ad Cives Polonos, testatusque esset. ) *Novi enim Academicam in petendo modestiam, plus quam opus sit, suo incommodo verecundam, taciturnam esse, reassumit pro eis ad Vos, obsecrationem suam Literis Erektionis suæ clausam, & quâvis Authoritate Pontificia, Regia, & Reipublicæ approbatam. Eos vero quos penes rerum Spiritualium & secularium summa potestas est, obtestor, ut ne sancitum meum infringere tentantibus suffragari, assentiri, Authoritatemq; suam addere velint, inquantur potius Erektionem Academia Zamoscensis. Quemadmodum olim GEORGIUS ZAMOYSKI Archiepiscopus Leopoliensis Literis ad ALEXANDRUM VII. Pontificem scriptis tueri non destitit. Ita Optamus Institutum Soc: Iesu dilatetur, amplietur, ut alia non coangustentur.*

Nulla tamen ejusdem Academiæ Zamoscensis conservandæ maxima fiducia esse potest, quàm in Tua Rex Serenissime bonitate æquitate & Clementia indicibili. Reformasti eam sollicitudine Tua, confirmasti Jura eius gratia tua, integram conservasti pacatissimo & Regno & Patrocinio Tuo, integram in finem à Leopoli protegere digneris Regali brachio Tuo.

### *Brevis Series Rationum Academicarum.*

Qua de causa Privilegium 1661. pro innovanda Universitate Leopoliensi vitio nullitatis laborat?

1. Quia contra Constitutiones Regni 1613. 1633. 1635, pro Jure privato Academiæ Cracoviensis est obtentum.
2. Quia cum supplici libello Annô 1661. & 1662. ab approbatione Comitiali rejectum.
3. Quia per Lauda Palatinatus Cracoviensis 1661. 1665. 1669. est reprobatum.

4. Quia

4. Quia Protestationibus iteratis Nuntiorum Terreſtrium eorumq; Mareſchalci, 1661. & 1662. ſolemniter reclamatum.

5. Quia propterea ab ALEXANDRO VII. Pontifice diu petita Bullari approbatione Romæ fuit deſtitutum.

6. Quia taliter Authoritate Reipublicæ & ſummi Pontificis non acceptum, pro irrito habetur.

7. Quia propterea ad nullum effectum vel uſum reduci poterat, aut debebat, ſine crimine inobedientiæ.

8. Quia à Sereniſſimo JOANNE CASIMIRO confirmatione Jurium Academiae Zamoſcenſis & adoptione ejuſdem in Patrocinium ſuum ad normam Cracoviensis 1666. eſt infirmatum & renuntiatum.

9. Quia Privilegiò excluſivò Academicarum in Ducatu Ruſſiæ à Sereniſſimo MICHAELE pro Academia Zamoſcenſi editò 1669. eſt ſuppreſſum.

10. Quia à Sereniſſimo JOANNE III. quò ad prætenſum uſum Facultatis Phyſicæ & Anatomicæ Leopoli eſt 1688. prohibitum.

11. Quia à Sereniſſimo AUGUSTO II. quò ad uſurpationem earundem Facultatum & innovationem hac de re Controverſiarum jam alias aſſopitarum per Diploma 1706. eſt interdictum.

12. Quia ſimilibus exemplis, in prætenſa Academia Poſnanienſi Soc: Jeſu & Reſcripto JOANNIS III. 1685. eſt annihilatum.

13. Quia ab ipſis Scholis Leopolienſibus eſt pro nullo habitum, quando novum Privilegium Scholarum excluſivum ſibi Annò 1754. duxerunt imperrandum, & ideo primum 1661. gratis fuiſſe Judicio Aſſeſſoriali obtruſum.

14. Quia Decretum Aſſeſſoriale 1758. nihil ad propoſitum hocce Privilegium de Academia innovanda concludit, Decreta verò non in propoſitione, ſed in Concluſione & reſolutione vim habent.

15. Quia ſtante publica reclamazione, non acceptione, non uſu & mortificatione centenaria Privilegii 1661. audaciz eſt circumvenire Authoritates, Regiam & Pontificiam pro obtinenda Bulla, ſuppreſſa centenaria veritate facti.



KSIEGOZBIÓR  
MARCINA ZAMOYSKIEGO

4522 -KZ  
4535-KZ